



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Hominem melioribus armis instructum esse quam cætera omnia animalia.
Colloq. LX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

actionibus, sed lineamentis tantum
 & figuris planis eam nobis repræ-
 sentat. Habes nunc ergo quæ de facie
 ac manu partibus corporis excel-
 lentissimis, homini proprijs, vide-
 bantur esse dicenda: nam quemad-
 modum Aristoteles animaduertit, *Arist. 3.
 de par. c. 2. & l. 4.
 c. 20.*
 nulli animalium aut facies, aut ma-
 nus est, etsi apud Ciceronem Luci-
 lius Stoicus Elephantis manus at-
 tribuat, id tamen figurata potius lo-
 cutione accidisse, & similitudine
 eum uti voluisse nemo non videt.

*Hominē melioribus armis instructum
 esse, quam cetera omnia animalia.*

COLLOQUIVM LX.

NVNC quoniam eum in locū THEO.
 nostra deuenit oratio, faciē-
 dum mihi non videtur, eorū
 ut absurdas calūnias prætereā, quib?
 nonnulli naturam (& obliquè ipsum
 Deū) accusabāt, quod hominē nudū,
 nullis præsidijs aut armis instructū
 in hoc mūdo collocauisset, cū cōtra
 reliquas animātes, quā maximè mu-
 niuerit, & ab omnibus necessarijs
 multo quā diligentissimè sibi duxe-
 rit. *es-*

rit esse instruendas: faciamq; ut tu
 præclarè intelligas liberalissimum
 illum Creatorem in hac quoq; par-
 te nequaquam sibi dissimilem aut
 restrictiorem extitisse, sed in homi-
 nem copiosissimè omnia isthæc quæ
 illi desiderabant congeffisse. PH. Est
 planè hæc querela non paucorum
 veterum Philosophorum, quemad-
 modum à compluribus scriptoribus
 accepimus, super natiuitate homi-
 nis & ortu mirabiliter differētum,
 quod videlicet imperfectissimus in-
 ter omnia animalia, cunctorum in-
 digus, nudus, turpis, sordidus, sāgui-
 ne conspurcatus, & nō multò bestia
 excoriatæ absimilis in lucem prode-
 at: vnde Homerus eū non aliter quā
 totius mūdi miserrimum describit.
 TH. Neque nos reuera inficias ire
 possumus, nō modò ingressum illius
 in huius vniuersitatis theatrum, sed
 vniuersum postea etiam actum, nul-
 lasq; non partes plenissimas mise-
 riæ esse ac ærumnarum; verū id ip-
 si adeò homini non Creatori adscri-
 bendum est, qui omnibus bonis eū
 instruxerat & locupletarat. Nunc,
 quo-

*Cic. 3.
 Tusc. Pl.
 in pref. l.
 7.*

quoniã de miseriã ista postea dicturi
 sum⁹, de insigni illa Creatoris libe-
 ralitate aliqua in mediũ afferamus.
 Dico itaq; hominẽ armis rationis ac
 manuũ instructũ, lógè plus subsidij
 e nolumentiq; ab ijs habere quã vni-
 uersũ reliquarũ animantiũ : genus à
 suis superare possit adiumẽti. Docet
 id ipsa experientia, q̃ paucissima a-
 nimalib⁹ arma collata esse testatur,
 vt sũt, cornua, dẽtes, vngulae, & ve-
 nae, & non nisi certũ eorũ vsum, ac
 propè vnicam ea adhibẽdi rationẽ.
 Taurus in frõte, equus in pedib⁹ ar-
 ma sua circũfert, vt cũ res exegerit,
 potenter quidẽ & validè, verũ non
 nisi feriendo ijs vtatur ac digladie-
 tur: canis gladiũ ac machærã in den-
 tibus habet, his illi cernitur, his pro
 vita, pro ossib⁹, velut pro aris ac fo-
 cis illi decertatur: serpens linguam
 dentesq; adeò etiam vt tela vt sa-
 gittas circumfert: basilisci incolu-
 mitas & tutela in oculis consistit,
 quorũ cõiectu pestilẽtissimo hostes
 aduersariosq; trucidat: erinaceus
 pharetrã & ingẽtẽ iaculorum vim
 multitudinẽq; in dorso portat, quib⁹
 ani-

ani-

animosè in insipientem canum tur-
mam coniectis vitam suam tuetur
atque defendit: deniq; nullum ani-
mal adeo paruum exiguumque est,
quod non ipso nature ductu tempo-
ris locive oportunitates sciat ali-
quas, quibus hostium pericula sub-
terfugere possit ac declinare. Nã &
*Ichneumõ mergit se limo sapi? siccit-
que sole. Mox vbi pluribus eodẽ modo
se corijs loricauit, in dimicationẽ per-
git. in ea caudã attollens, ictus irritos
auerfus excipit, donec obliquo capite
speculatus inuadat in fauces. Nec hoc
contentus aliud: haud mitius debellat
animal. Crocodilum enim Saturum ci-
bo piscium, & semper esculento ore, in
litore somno datum, parua avis, qua
trochilos vocatur, inuitat ad hian-
dum pabuli sui gratia, os primum eius
assultim repurgans, mox dentes, &
intus fauces quoque ad hanc scabendi
dulcedinem quam maximè hiantes:
in qua voluptate somno pressum con-
spicatus. Ichneumon per easdem fau-
ces vt telum aliquod immissus, erodit
alium. Verũ in Crocodilo maior erat
pestis, quam vt vno esset eius hoste*
natu-

natura contenta. Itaq; & Delphini
 inneantes Nilo, quorum dorso tan-
 quam ad hunc usum cultellata inest
 pinna, abigentes eos prada, ac velut
 in suo tantum anne regnantes, alio-
 quin impares viribus ipsi, astu interi-
 munt. Callent enim in hoc cuncta ani-
 malia. sciuntq; non sua modo commo-
 da, verum & hostium aduersa: norunt
 sua tela, norunt occasiones, partesque
 dissentium imbelles. In ventre mollis
 tenuisq; est cutis crocodilo: ideo se vt
 territi mergunt delphini, subeunt esq;
 alium illa secant spina. Quid ego de
 muscis hoc loco dicam? quæ alis
 suis velut tuba bellum denuntian-
 tes, exilem suam lanceam attrahūt,
 & in aduersarium defigunt? Quid
 denique innumera alia quæ admirā-
 da sunt, at neutiquam cū armis ma-
 nuum ac rationis quibus homo in-
 struitur, comparanda? horum enim
 opera & præsidio contra oēs huius
 vniuersi partes, ignem, aerem, a-
 quam, & terram, adeoque contra o-
 mnia ea quæ ex istis cōflantur, muni-
 tus securusque est. Nā de igne quid
 ego nunc dicam, cū mille omnino
 modos:

modos ac rationes eo vtendi, vitam suam producendi, conseruandi que calleat? qd de aere, in quo molitur, agit ac machinatur, quidquid allubescit? quid de aqua qua fossas implet, vrbes ambit, mēnia ciuitatesq; amplexatur? accidit ille montes, & saxosa eorum cacumina artificijs seruitura excindit, detrahit lapides, prosternit arbores, propugnacula ijs erigit, eruit metalla, vt tormenta, vt machinas conflet quibus defendatur. Bestijs cauerna & speluncæ habitationum & latibulorū loco sunt, solæ siluæ, soli luci secreta habitacula ijs præstāt: at homo munitiones fortissimas, quolibet loco, quolibet modo extruit atque ædificat. Age mihi tunc ergo sis, compara Leonem suis armis instructum, cum homine ijs subsidijs munitum, quæ ipse excogitat, ipse inuenit, ipse sibi fabricatur. Habet Leo furorem suū armorum loco, habet pellem, dentes, ossa, ac vngulas: Homo autē & cornibus Rinocerotis, & ossibus pisciū, & deniq; dentibus aprorum armatur; vestitur, leonina, lupina, vrsina, & cu-

& cuiusq; bestiae placuerit pellem
 induit sibiq; coaptat. Operitur ille
 lorica, cingitur aere, chalybe horret,
 & quantum quantus est a capite ad
 calcem ferro includitur: arripit ille
 sinistra scutum, dextera hastam, lan-
 ceam, ensam, magaram, sclopos, bo-
 bardas, & sexcenta alia armorum ge-
 nera longe illa certa viribus leonum
 potiora firmioraq; ad manus habet.
 Pugnat eminus, cominus digladiat-
 ur, peditem agit cum libet, cum e-
 quitem mauult currus conscendit,
 Elephantis vehitur, a Leonibus &
 ferocissimis bestiis sicut a veteri-
 bus factitatum fuisse nouimus, por-
 tatur, ex ijs fulminat, fulgurat, ho-
 mines bestiasque percutit atque
 percellit. Et quo hominis etiam in-
 dustriam non de industria praeter-
 iisse videamur, quod tu amabo ani-
 mantium genus nosti, cuius solertia
 astutiaque minima ex parte cum hu-
 mana illa possit comparari? cum subti-
 lissimis inuentionibus, & stratage-
 matum copia, ut infinita, ita in annos
 singulos variante? cum vineis, cum
 catapultis & arietibus veterum
 Roma-

Romanorum? cum Archimedis machinis? cum operibus Imperatorum acutissimorum? cum omnium gentium ac nationum bellicosissimarum inuentis? cum grandinibus scloporum? fulminibus ac fulgetris balistarum, tonitribus tormentorum & stupēdis alijs operibus, quorum nō minus fertilis hęc ætas est, quā malitiæ, quā miseriam, quā improbitatis? Atque vtinam clementissimus ille DEVS fecisset, minus vt aliquanto luculenter homo monstrasset, quantum in hoc genere bestia auertat, potiusque ingenium & manus suas ad honorem Dei, quā ad ea fabricanda contulisset, quibus innumera mortium genera & damnationis æternæ sententiam sæpenumerò sibi induxit! Vides nunc ergo hominem etsi inermis nascatur, nequaquā tamen earum rerum præsidio destitutum in vita esse quibus vitam possit conseruare.

Deum